

D V O D E N I

Quos in auspiciatissimum
ILLVSTRISSIMI ET REVEREN-
DISSIMI DOMINI, D.

171

M A T H I Æ
D E L E L O C Z
T A R N O C I,

Dei & Apostolicæ Sedis Gratia,
EPISCOPICCHANADIEN:
Præpositi Scepusien. S. C. Rq; M.
C O N S I L I A R I J.

'Ad Præposituræ Scepus. Sedem, ingressum.'

Inter tot faustas gratulantium appreciationes,
Magno affectu, ingenio licet impari,

M. IOANNES RATVLOWSKI Ecclesia Fridman.
D I R E C T O R,
Pleno debita obseruantia, ac devotionis animo effudit.

C R A C O V I Æ,

In Officina, Stanislai Bertutowicz, A. 1648.

In Stemma
VENERABILIS CAPITVLI SCEPVS.



Lætis ergo animis, proponite sæcula Mystæ,
Annosi Phœbi, lustraque vecta, iugis.
O procul hinc discors discedat factio pacem
Turbans, inuidiæ consiliumque ruat.
Namque vigil Sonipes, armato milite custos
Est vobis, tentet si qua nocere manus.

M. Ioannes Szczeghowicz.

ADMODVM REVERENDIS
DOMINIS D.

VENERABILIS CAPITVLI

Scepusien : Canonicis , Patronis ac Me-
cénatibus Fauentissimis, salutem ac
felicitatem .

Est hominum in rerum cum praefixa expediendi easdem meta, apud se constitutarū, executione fragilitas, A. RR. DD. ut sèpè ac sapiùs aliter quàm intentio, ac res ipsa expostulet, suum finem, ac effectum eas fortis sit necesse. Nec mirum : ita enim Naturā Duce comparatum est, vt vniuersa sub hoc Luna concauo existentia, ita subordinantur illi Primo, Summoq; omnium rerum Motori, vt nisi cum illis concurrat, suamq; vim in ea exerat, ne minimum quidpiam ea attentare posse, quisq; existimet. Ratiocinantur hoc ipsum vniuersa, etiam inferiori loco, homine creata : fatentur omnia tām viuentium, quàm vita expertum arcana ; quorum vim ac effectum, nullo modo extra transmitti, certum est, nisi illis occultia quadam ratione, instinctum transmittendi, suis conditor fuggerat. Fatetur Magnes, vi attractiva ferri, supremum suo modo sibi assisteret Numen, cui tanquam mutuo acceptum id quod est, habetq; Virtutis executione, ab eo sibi indite, adscribit vendicatq;. Recognoscit rosa suā fragrantiam non modo sua externa pulchritudinis, sed etiam ab intra emissi odoris suauissimi, suum admirandum Artificem : lilyum campi, non tantum sui sollicitissimum vestitorem, sed etiam vigilantissimum detonat Cu-

stodem, ac Conseruatorem. Porro si à rebus sensus expertilis ad
Bruta animantia, vt pote sensus compotia, aciem ocolorum conuer-
to, quid in ordine ferarum lepore, alitum philomela, vermium
cicada ac aranea infirmiùs, vilius, abiectiùs? ea tamen ita sibi
præsens Numen supernum adesse proclamat, vt citra sui præsentia-
m, non tantum se sua officia non posse exercere, sed ne esse qui-
dem manifestissimè profiteantur. Philomela quippe, intra sui per
exigui corpusculi organa stupenda, omniumq; instrumentum
Musicalium voces, cum energia superante melodiam, suum Institu-
torem studioſissimè depraedicat: lepusculus populus infirmus, suā
rupe super petrosa domuncula firmiter situata suum Architectum
ingeniosissimè personat: formicæ plebs inualida, tām sollicitā, tām
q; accuratā ad fugandam famem hybernām, astiū Sole, granorū
in foucas coaceruatione, suum Proutorem euidentissimè decantat:
Cicada et si Regem non habeat, tamen quod turmatim ad pascua
exeat, suum Assertorem luculentissimè enarrat: Araneus nullius
sit licet frugis vermis, Regum nihilominus palatia petit, suamq;
illis telam intexit, & eo ipso suum Moderatorem sollicitissimè de-
monstrat. Tanti igitur est momenti, unum quodq; suum Conditi-
torem agnoscere, confiteri, eius virtute, & numine esse & suū offici-
um exercere. Quod si ita videmus fieri in rebus ab usu recta ra-
tionis alienis, quid sentiendum de homine? qui non modo sua su-
perat omnia dignitate, verum etiam naturæ diuinae quodammodo
scintillæ rationis ab eo sibi inditæ, particeps est: is igitur ex di-
cursu, super alijs se inferioribus facto, multò magis hominem ni-
hil, nisi ex voluntate & nutu diuino agere, alioquin suos conatus
nunquam effectum voto correspondentem sortituros esse consenti-
at, & plusquam manifestè edifferat. Ac vi iam sermonem ad me-
ipsum conuertam, non cō inficias A.R.R.D.D. vt enim primum de-
mandatam

mandatam mihi Ecclesia in primis Cœuinensis, ex liberalitate
spectabilis ac magnifici Dni Stephani Palocai: deinde evoluta
lienni, ex liberali munificentia spectabilis ac magnifici D. An-
drea Palocai, D. ac Patroni mei moderni Munificentissimi Ec-
clesiae Fridmanen. curam & institutionem nouellorum Catholicorum
à sentinacolluie i Lutherane, ad Orthodoxam fidem conuer-
sorum suscepit; dabam quidem non ignauam operam, ut preter cu-
ras, & vigilias in exercendis, ac formandis illorum Incolarum to-
to hoc septennio exantlatas, Vobis A.RR.DD. Patroni mei, & Me-
cenates Fauentissimi, quorum aura patrocinante in premendo isto
calle, non vulgare mihi est adminiculum, grati animi mei erga
vos manifestationem, quasi quoddam auctarium aliquo ingenij
mei declararem specimine. Et voluntatem quidem semper in
procinctu fuisse, facultatem vero ob occasionis inopiam defuisse,
ipsa urget conscientia. Nunc vero dum Duodenos infauore Pra-
lati Vri, ut Confratris Amantissimi, mei ut Mecenatis benignissi-
mi Illustr: & Rndissimi D. D. MATHIÆ TARNOCI de Leloc,
Episc. Chanadien, Propositi Scepus. promerendo, cum applausu in-
ter tot gratulantium appreciationes, elaboratos in fasciam velut
colligo; en illa toties exoptata, & toties à fortuna denegata, tan-
dem mihi à Deo concessa, gratitudinis Vobis A.RR.DD. significan-
da, occasio ultrò se se offert ac ingerit. Quanquam vero & Ca-
mena mea conscia sua imbecillitatis, & aliorum laborum pre-
mentium pondus, me ab instituto deterrent; malui tamen pa-
rum faciūdus, quam parum gratus in Vos A.RR.DD. videri, ac iux-
ta sanam censui trutinam, nullo gratificandi studio obligari, non
ambiguum esse inurbanitatis indicium, aut ingratitudinis suspi-
cionem: quorum alterum à Viro literarum studioso, longè abesse
debet, alterum non hominum tantum arbitrio, sed etiam ipsarum

ferarū nutu, gestuq; condemnatū. Affero igitur ad Vos A.R.R.DD.
impolitum quidem metrum, utpote ex promptuario Musei mei
Poëtici, iam annis ab aliquot puluere obsiti, depromptum. Et licet
superfluum est Athenis Athenas laudare, hoc est, Pralati tanti tam
rudi penicillo speciosissimas virtutum icones tamq; angustā char-
tā ab uno sibi Subditorum minimo adumbratas Vobis dicare; ni-
hilo minus ut racemus Viti, Arista Spica, flos suo surculo quam-
rumvis pampinis exuberet odoriferis, non displicer: ita quantum-
uis Vestrum generosum pectus amore erga suum Pralatum effe-
uescat, tamen hanc opellam meam, eò gratiorem apud Vos fore,
non possum non ominari, quò manifestius est, simile ad sui simile
non tam dignitate, quam obsequij voluntate, naturali ferri pro-
pensione. Quod cùmita sit, Vos A.R.R.DD. pro consueta Vrā huma-
nitate, Duodenos hos gratitudinis mea in Vos vti Patronos &
Mecanates meos fauentissimos testes, grato animo accipite, fauor-
eg prosequimini. Valete ac in ornamentum Ecclesie, ac Reipub-
non minus diutissimam, quam auspiciatissimam transigatis vitam.
Dat. in Fridman. 18. Kalend. Sept. A. 1648.

Adm. Rñdarum Dñm Vestrarum,

Humillimus, Observantissimusq; Cliens,

M. Ioannes Ratulonyki.

D V O D E N I . I.

FIdem sonoram percute Barbiton,
Et metra, quæ tibi tuus
Apollo fidus, præparat modulamine
Dulcicrepo, si quando lubet, nunc accine; lœtam
Lucem diei laudibus ingemi-
na, plusquam Olympicis: ferasque
Ipsas, grandibus esculeta ramis
Coge, plectri flexanimis iocosi
Neruis, insuetæ ad gaudia lœtitiae
Tantum abest Senatus,
Quo minus hæc venerandus hiante
Pectore ducat.

D V O D E N I . II.

SEnatus inquam Pannoniæ inclytæ,
Per celebrioris Europæ
Respublicas florentiores, Principa-
tum tenuisse refert, quam Doctum culta Camæna,
Quam & Marte, Sacræ & Religionis, ab
Ipsis Vicarijs retentæ
C H R I S T I, dogmate peruetustiorem,
Ipsa narrant secula posteriorum
Genti: testantur Regia Sceptra Polo

Hoc idem

Hoc idem corusca,
Quæ astris trans virtute tulisti
Optima Regum.

D V O D E N I III.

O Prosperum plusquam populum! cui
Reges Deus tantos dedit;
Post Sceptra Regni qui caduci, cælitum
Inscripti æternum victuri nomina : duplex
Quorum corona est, cunctigera manu,
Imposita capiti. ergo fugare
Rubigo, procul hinc, procul recede,
Mobiles penso tineæ exultate,
Terga date, & latebras calle petite citò,
Frustra quid nocere
Tentatis: quid dente coronis
Sole locatis?

D V O D E N I IV.

TAntum seculo Pannonia loco
Reges tuos habuisse fas
Erat tibi; quod non modò vermis suis
Vncis, stemmata non valeat corrumpere rostris,
Non hostis infausto alite barbarus,
Dirus Leo sed nec Barathreus,
Altus flammigenis focis. Pauere
Fulgor ad tantum rutilantis almo
Virtutis,

Virtutis radio debuit: ingemuit
Cùm videret ipsos
Regnicolas Regum accumulare
Facta coronis.

M V O D E N A V.

S Acer Senatus hos imitatus est
Virtute, vita, moribus,
Animis iugatis qui velut stipator,
Cùm primis meditabatur si non superare,
Æquare posset proposita ænulus
Brauia: dolos qui per uitaces
Vitæ per domum fretumque flixa;
Mobiles rerum dubiosque casus.
Noctem addens operi, præmia ferre sibi
Transitura nunquam, at
Cælo duratura per ævum,
Inuigilauit.

M V O D E N I VI.

I Onsum esset horum nomina texere,
Nec facile possis, si velis
Laudare, seu numerare Musa tetrica.
His oris fueris præsertim cum perégrina:
Nefas Quitini more per inuia
Spatiarier, metam sed intra;
Contine volucrem, citumque cursum;
Irc pervicos populique denlos

B

Reclames,

Reclamēs, certis vela dato, fugito
Dubia, spemque & inter
Id, quod tutum est, hospitis æqua
Iura teneto.

D V O D E N I VII.

HOs inter ergo PASMANE eris mihi
Primus. (venia verbo faciat
Legem) securō iure quem si Pannonia
Primūm præponas alijs, præponere tutò
Potes, duo sunt fortia dogmata
Res, nomen : his paratus
Primatus, stabilire, quem Camæna
Niteris, sacri serie in Senatus
Primum, quo iactas nomina ò Pannonia
Per remota Nati-
onum, & scriptorum monumenta
Sydere fausto.

D V O D E N I VIII.

REm, nomen, æquo PASMANE debeo
Iure tibi: namque eras Petrus,
Moxtibi dedit fortuna, qui vocare
Primus, quò verum esset, quod cecinère Poétæ;
Quadrare rebus nomina sæpè su-
is. Purpuræ Te Vaticanæ
Primum progenuisse, protulisseque
Hoc decus rarum, insolitum & tuo Orbí
Pannonicō

Pannonico, celebri Pallade, Marte, Sago,
Perferaciori.
Semper virtutum, & pietatis
Vberioris.

D V O D E N I . IX.

Virtute præstans, vsque adeò probus
Comite Camænarum choro : hunc
Dum fama sedem Apostolicam stupescere,
Seu calami, cultæ seu suadæ, sæpiùs vrget,
Antistes Orbis totius, Ordini,
Patrum sacrato, Purpuratûm,
Addixit, liquidâque fecit aure,
Culmen ad tantum cumulationoris
Famæ huius, laudes ora subire Virûm.
Ergo iure Primus
Audis, iure bonum Tibifama
Ducet ad Astra.

D V O D E N I . X.

Nomen, loquetur Te & Tua charta Janus
Primum & Petrum. Primus fores
Qui; omen erathoc prægrande nomen: haud procul
Abfuerat, speciem quin præterre doceres
Facto Petri, qui stelligeri Poli
Seras recludit, ordinante
C H R I S T O, Petrus erat petra reclinis
Machinæ templi militantis, id quod

Comprobat, æstatum lenta volubilium
Fuga, plurimumque
Est experta salus superorum
Vecta theatris.

D V O D E N I X I .

JDem loquentur inclita Pannoniaæ
Delubra de Te, qui Patrum
Pater, decus, lumen, fides, qui dixeris
Templorum fultor, laus Regni, Pastor quantum,
Lampas coruscans, imperij nitor,
Radiante Te, Te luminari
Petrica factus eras, lapis recusus,
Et ruinosæ fidei recline.
Fulcrum, quod scriptis pagina docta tuis
Detonat, manu quæ
Nostra, hic indigeres terimus, cum
Fænore lucri.

D V O D E N I X I I .

VIxisse te sat Pannonia sibi
Dixisset, ultra sæcula
Si regimen, in choro foroque Te penes,
Lætitia cum, sentiret se posse videre.
Sed viuis, & nunc famaque crescat in
Annos, magis tua, quam satis sit
Metam ponere; gloriosus Orbi,
Ordini sacro, fidei Orthodoxæ,

Dum

Dum cælum stellas, dum vechet annis aquas,
Fama Te hic coronet, Dicitur mutusq; eius
Et pro factis astra coronent, non sapientem
Luce serenâ. et rura bona

D V O D E N I X I I I .

Felicioris conditionis &
Vitæ, lucratus ubi foret
Sortem, memoriae dulcioris Archisa.
cerdos ille; Deo disponente omnia iuxta
Suauitatem, ac arbitrium suum;
Successit æqualis momenti
Vir, certe nihilo minor, neget quis
Esse non magnum, sociata, celsæ
Virtuti, semper nomina, honore virum;
Æquâ lance gaudet
Virtus, & subsellia summa
Scandere dignos.

D V O D E N I X I V .

EMERICVS inquam nobile Pannorum
Decus, senatus atque honor
LO^ZY, regebat auspicio sydere
Hic clavum, quamuis non longo tempore multa
Fecit, reliquit, continuandaque
Quæ fata ni vitam abstulissent,
Iuxta propositi modum, manumque
Ultimam, tandem licitum fuisset.

Apponi, lucis num peperisse sibi
Quis parum putaret? Quanquam lucet lumine, quantum
Accidit aris.

D V O D E N I . X V .

Quem messuisset dum inuida mors, (solet
Quæ si videt quid vtile
Terris, inexorabiles manus super
Inflito crudeli vulnere, tendere) tandem
Offert habenas, tota Strigonia,
Et iura non inauspicato
Aspeetu, populi que, herumque palmas,
Supplici vultu, prece pertinaci,
Namque requirebant hoc, Tua dexteritas.
Celsiore fama,
Virtus, & facundia præcox,
Ingeniumque.

D V O D E N I . X V I .

Offert Tibi Illustrissime, prosperum
Quod sit GEORGII LIPPAI,
Viuas ô vtinam, lustra mille, perferat
Nomen in astra tuum series longissima rerum,
Fecisse quas Te suspicit Orbis, &
Sat prædicat: sat prædicabit
Diæta celebrata nuper, in Te
Exitum quæ Præside, consecuta

Non in-

Non infelicem. Dum iuga montis aper
Dumque piscis amnem &
Cauos orbes Sydus amabit
Aere perenni-

D V O D E N I XVII.

or permanebit laus Tua. quin meâ
Nil æquius sententiâ
Stet, quam erigi Regum situs sublimius
Pyramide Tibi quam non imber edax carituram
Fine, impotens non Corus, & Auster &
Septemtrio nec longiorum
Annorum, & series fugaque præceps;
Nec nimis nostris inimica votis
Diruere attentent fulmina, torret Amor,
Esse Te carentem
Fato, atque indelebile nomen
Te paritum.

D V O E N I XVIII.

C Amena sed quò te tua siftra agunt,
C Non hæc tui sunt muneris,
Quæ tu stridentiore plectro personas.
Siste gradum, memor & cæpti sis carmine cursus,
Et quæ dicâsti cui modulamina
Exsolue, accine debito modo: cùm
Euagari non liceat tibi, nec
Circumuolare complicato

Vicatim

Vicatim anfractu : limina contineas
Te intra cogitati
Voti. Ergo celebrare Patronum
Perge fauentem.

D V O D E N I XIX.

A Pplaudē gaudens more virentium
Florum, repentium solo,
Hederæ similis interea eras, per gramina
Quæ latè serpens, calcatur cespite : verū
Docente solerti experientia
Si sit applicata esculo præaltae,
Esculi tandem superat cacumen :
Sic Musa humi serpens, iacebas,
Orba Patronorum squallida subsidio,
Subleuamen vllum,
Nec Patronus erat tibi, fulcrum
Nec fuit aptum.

D V O D E N I XX.

ERgo Patronum iam propè possides,
Humanitatis quānitet
Exemplar, haud vulgare Seruantissimum;
Diuitijs faciat pluris cum Nomina magnis,
Æqui achonesti, prodigalis &
Virtutis studio tenaciorem,
Firmioris propositi virum: cui
Color, pudor, candor, columnæ,

Incorrū-

Incorrupta fides, iustitiaeque soror,
Præparabit astra,
Victuram, Pyliamque senectam
Aurea sæcla.

M D V O D E N I X X I .

IAm ergo recurvo poplite liminam
MATHIA TARNOCI DEO
Donate Tua saluto, namque ita diceris
Hebræa parvus, donatus voce Latina
Lætus fero sacris manibus pia
Supplex, basia faustitatis, æquè
Plausibus lœtis, studiosiore
Affectu, & exquisitiore
Lœtitia, fortunæ ingeminando
Numine annuente
Successum, vitali, sæclâ
Tempora Cræsi.

M D V O D E N I X X I I .

Mors dira postquam haud nescia ludere
In rebus humanis, nimis
Sustulerat insigne decus hei Provincia,
Iubar Senatus, Nobilitatis &
Vernans Sydus, luciferum orbi Scepusiano :
Divini eloquij, scientiæque
Culmen, & flumen rapidum, celerque,
LADISLAVM heu HOSSOTHOTI

C

Nam

Vicatim anfractu : limina contineas
Te intra cogitati
Voti. Ergo celebrare Patronum
Perge fauentem.

D V O D E N I X I X.

A Pplaudē gaudens more virentium
Florum, repentium solo,
Hederæ similis interea eras, per gramina
Quæ latè serpens, calcatur cespite : verū
Docente solerti experientia
Si sit applicata esculo præaltæ,
Esculi tandem superat cacumen :
Sic Musa humi serpens, iacebas,
Orba Patronorum squallida subsidio,
Subleuamen vllum,
Nec Patronus erat tibi, fulcrum
Nec fuit aptum.

D V O D E N I X X.

E Rgo Patronum iam propè possides,
Humanitatis quā nitet
Exemplar, haud vulgare Seruantissimum,
Diuinitatis faciat pluris cum Nomina magnis,
Æqui a honesti, prodigalis &
Virtutis studio tenaciorem,
Firmioris propositi virum: cui
Color, pudor, candor, columnæ,

Incorrū-

Incorrupta fides, iustitiaque soror,
Præparabit astra,
Victuram, Pyliamque senectam
Aurea sæcla.

ANNO D E N I X X I .

IAm ergo recurvo poplite limina
MATHIA TARNOCI DEO
Donate Tua saluto, namque ita diceris
Hebræa parvus, dohatus voce Latina
Loetus ferò sacris manibus pia
Supplex, basia faustitatis, aquæ
Plausibus loetis, studiosiore
Affectu, & exquisitiore
Loetitiâ, fortunæ ingeminando Tuæ
Numine annuente
Successum, vitali, sæclâ
Tempora Cræsi.

ANNO D E N I X X I I .

Mors dira postquam hand nescia ludere
In rebus humanis, nimis
Sustulerat insigne decus hei Prouincia, ambrys
Iubar Senatus, Nobilitatis &
Vernans Sydus, luciferum orbi Scapusiano : V
Diuini eloquij, scientiæque
Culmen, & flumen rapidum, celerque,
LADISLAVM heu HOSSOTHOTI

C

Nam

Nam veluti fluius littora scindit aquis,
Obuium trahitque
Quidquid habet, sic suadatrahebat
Sic sua quoisque.

D V O D E N I X X I I .

Vocem audiebat culta Polonia
Suam, dabat quando velut
Cyllenius alter, docta sensa pectoris,
Pannonico quando fuerat Legatus ab Orbe,
Quæ & quantæ opes linguae fuerant suæ?
Quanto nectare pertrahebat ille
In suam, mente attonitos Dynastas
Sententiam? FERDANDE? seu Te
Prosequitur dictis, seu calamo, totus
Aggegare eundem
Arcanorum collegio nun-
quam dubitâsti.

D V O D E N I X X I V .

TAnte ergo Prælati Exedra Te excipit
TARNOCIORVM nobile
Sydus, coruscans luce celsi Numinis.
Ac veluti in media seruatus tempora Brumæ,
Vere euoluto, gaudia flosculus
Virens, noua reuocat: perinde
Tu priscum renouabis, & reduces
Moribus sacerdum, innocuisse semper
Existens

Existens vitâ, schismâ fugabis, opus
Iustum, & æqua rebus
Pro sacris, cultuque Deorum,
Iura fouebis.

M D V O D E N I X X V .

Hoc spondet in Te lux pietatis in
Deum, Tuæ, reverentia in
Cultusque Diuorum: repulsa nescia
Relligio vetus: unde patet veræ vnicæ vitæ
Via ad coronam, quæ vehit auream
Iustos, sui & stabiles sequaces
Pulchrum dicitur eminere, pulchrum
Et locum primum merito parare
Illustres inter, magnanimosque
Hoc fruare lœtus,
Hoc Tibi donauere labores,
Hoc Tua virtus.

M D V O E E N I X X V I .

SVadet salubris iustitia utili
Præferre rectum sordido,
Malo abstinere, tempus atque iræ dare,
Temperies suadet; solers prudenter ne quid
Agas, reducetur non nisi ad orbitam
Trutinæ æquioris, fas, bonumque,
Quid constantia monet, iubetque
Instructu ne quid cupias inane,

Infirnum, deses, futile neve geras:
Absit abnegare
Trita Virum conamina, tanto
Edita nisu.

AD V O D E N I X X V I I .

TAndeim sequentem se pietas Deum
Erga, obuiam in Patriam docet;
Quâ carius Tibi nil esse vñquam potest.
Nam Tua non ætas vñquam seruuit, inani,
Turpique funesti exitij otio;
Sed Patriæ cura Tibi cordi
Semper præ omnibus æquitas fuitque,
Tu decus, cura, salus, columen
Vtilior Patriæ, quâm Tibi prouideas.
Esse, viribus pro
Et meritis metire senectam
Macte futuram.

AD V O D E N I X X V I I I .

INesse quamuis magna Tibi omnia
Certum est, super, clementia
Tamen, eminet, vincitque, & inter omnia
Sceptra regit, primumq; locum tenet, anteit omnes,
Tonat paratum Te veniae Patrem.
Quod liberalitatis index
Sat clarè indigitat Tuæ, Tuumque
Comitas morum, Tibi fert honorem

Suppli-

Supplicibus facilem, sotibus esse grauem, vt
Mitiorque nullus
Sit Te, præscripsit geniusque,
Ingeniumque

D V O D E N I . X X I X .

Tibi. & licet sis sanguine Nobili
(Magnum sit hoc) maius tamen
Tua vita semper integerima, & fides
Inculpata, grauis morum & conformis imago
Castissimorum, ceu pretium virûm
Vitæ, carentum turpiore
Notâ, seu maculâ, in modum lucernæ
Gloriâ, famâ, radiare plusquam
Solem coruscum : maius an accidere
His potest cuiquam?
Num fastigia grandia laudum
Quis neget ista?

D V O D E N I . X X X .

A ccessit huic, & cum grauioribus
Coniuncta familiaritas;
Iucunditate hac, saepius sermonibus
Ut cultis demulso\$ oblectâris Amicos,
Gratum allocuto\$, lenè cadentibus
In corda suauiter iocosis
Verbis, vt breuior dies & horæ
Computarentur Tua quam esse verba.

Tantus tamque ferax impetus ingenii
Visque adest Tibi, tam
Largè partitæ sua Tecum
Munera Musæ.

XIV D V O D E N I XXXI.

Errare nullo posse modo puto
Me, sentientem pectora
Lactis liquore, imbuta Tua castissimo,
Quas fabulata fuit famoso, antiqua Dearum,
Suo vetustas carmine, Te super
Cunis ligustrorum reclinem,
Perfidit croceo sùáue Phœbus
Imbre : Nardum supposuit supinis
Membris nascentis, liliaque, & Casiam &
Mille fæta florum
Nascentem risere, pudorque
Almaque virtus.

XV D V O D E N I XXXII.

TVnc & ioco so non pueriliter
Arguta, primùm gárrulus
Murmure, suauibus verùm leporibus,
Verba, & sermonem prædulcem, crederis ipso,
Lacte, benignis auspicijs choro,
Didicisse Musæ, tunc caducis,
Molles ningere lilijs pruinæ:
Et rosetorum in puerum volasse,

Nubem:

Nubem : & spumantis Liberi iisse vijs
Flumina : vberesque
Per riuos fluxisse Falernum
Creditis? An quis.

D V O D E N I XXXIII.

Pvtabit hic me pro arbitrio loqui
Meo? Poëtarum memor
Legum : quibus lex nulla, iusue est impositum,
Credite, magna loquor sed vera tamen: Tuus alto
Candor, qui Olympo, pectoris insitus
Gremio, sat ad oculum cuique
Bellè testificatur, elegante
Quod soles monstrare Tuum Clientum
Votis, officio: hunc comprobat, ac stabilit,
Quo Camæna, plaudit,
Hanc spe, & nos in Te experiemur,
Velificante.

E M B L E M A
A N A G R A M M A T I C U M,
Ex nomine Proprio, & Gentili.

MALIS HAC OLET, ARDET NOCTI,
Expositio.

JAson superbus vellere, Medea
In signum amoris, quod sibi Patrium
Oblita donauit Penatum,
Divitiae innumeræque Croesi.
Suoque

Suoque Gyges turgidus annulo,
Inane quo se iactat, & ardua

Patrat supremos quosque honores
Scandit, & obtinet. Agathocles

Vili creatus conditione Rex;

Quanquam peritus ludere ludicram

Solere fortunam, aleamque
Instabili voluntare circlo.

In rebus humanis, Cyathum aureum

Miscens peritâ compositâ manu

Ollæ, suum ratus subesse ei,
Iudicij, & rationis vsum

Superbientem se minùs alea

Feliori ponere supplicem

Velit loco constante, hi
Dicite, quid fuerant? iocosus

Ludus perinde ac nuper in aëre

Fumus patescens, disperijt simul

Conspctus est vbi: fefellit
Namq; breuis, volucrisque cursus

Omnes, carentes multa ferentis in

Defensionem, tela minacia

Virtutis ope; quæ sola constans,
Sola perennis in orbe regnat

Possessionem perpetuam simul

Donat, beatamque. Arma potentia

Numisma splendens, margarita,
Aurea suntque metalla, virtus.

Tempusque edax rerum auferat omnia

Quamuis

Quamvis, virorum multa recordat & subalat
Subalta humo quamvis ligone
Nominaque & titulos tonantes;
Tamen perehaptis, fulgure lucido;
Virtus micans & sydere lucet, & quippe
Lucero non cessabit annos
Nestoreos, Pyliosque. Quare
Consauciatus pectora cuspide
Virtutis arcu in se taculata habis
Ruisque illi amplexum: facisque
Sponsus ut illaque sponsa nexus
Vtrique nunquam morte solubili
Sit. perbeatum non sine numine
Te, cui Dij magis dedere
Talia amare, sereniore
Fortuna fallax ludere quam solet
Vultu: fauorem fallere dum studet,
Præbet ins. Auropis secuta
Allicientis auctoritanti
Escâ, ferales mortis & exiti,
Dolosque, fraudesque insuperabiles.
Incautus arripit, necatque
Se veluti gladio. Venena
Nocere possent talia quod Tibi
Nunquam, obuiam iuit milite strenuo
Stipata virtus: præditumque
Te potius voluisse, quam autem
Suo videri lumine, candor &

Pudor

Pudor rubescens prædicat in genis
Hinc ergo amore alios vocare
Ad se, alios gelido metuque
Iugare poenæ stieuit, OLET MALIS
HAC, quippe non vult quid sine poena eis
Abire delinquant si: amore
Mulcet, & attrahit: instar ignis
ARDETq; NOCTI fert radios, fugat
Procul tenebras, inuidiam procul
Pellitque, ridetque: & prematur
Si opprimitur minimè: triumphat.
Soli Deo Honor & Gloria.



Doloreda transperdidit in supereripisse
Tunc tunc ruribus recesside
Geaventi gladio. Venera
Nec responsum tunc ducit Tidi
Inundata optinat iniurie tricunio
Sibylla artus: pietatis amans
Te posse a levigata dura autem
Ego aegre iununc, cunctos &

Pudor

THEMA
APOLLINEVM.

De Spiritu Sancto Paracleto; ab Æter-
no Patre rerum omnium Conditore, & Increati
Verbi Mysterio, Humani generis Salvatore,
ineffabiliter procedente.

Quod.

GENERO SO AC MAGNI-
fico Domino DN:PAULO à CHIAPLIN
Chiaplinski, Arcis Lublioviensis, & Tredecim Oppido-
rum Scepusiensium, Vice-Capitaneo meritissimo:

Nec non.

Singulare Humanitate, absoluta Eruditione, atq; rara inte-
gritate Conspicuis Viris, Dominis Dn: Judi-
cibus, & Senatoribus.

Reipublicæ { Kesmarcensis,
Podoliczensis, &
Lubloviensis.

Dominis Mecœnatib⁹, Evergetis & Fautorib⁹
suis æternum colendis, In animi grati Symbolum,
& optatæ benevolentia contestandæ favorem,
obtulit, dedicavit, & consecravit,

STEPHANUS RUTHKAY, Sac: Cæsi & Reg: Majestat:
Cameræ Scepusiensis Juratus Notarius.

Anno Domini 1639.

18